

1227

I C O D I C E S I

1228

DXXXIII.

U. 114 Codex chartaceus lat. Sec. XV.

Folior. 287. 4. corrente calamo perscriptus et rubricis enotatus, principio mutilus, multumque situ passus continet I. Lecturam in *Librum I. Sententiarum*, ad cuius calcem habetur: *Explicit lectura sententiarum primi cum dubijs litteralibus atque notabilibus eundem concernentibus scripta Anno (14) 34. finita scribendo Sabbato post octavas Epiphanie.*

II. fol. 144. sequitur Lectura in IV. ad cuius calcem: *Explicit Lectura sententiarum Anno (14) 37. Sabbato post francisci nouissima lectione conclusa.*

III. fol. 270. p. 2. De comitibus Juramenti Excerptum ex *Alexandro Alensi* hujus initii: *Vtrum si desit iusticia sit iuramentum obligatorium &c.* Ad calcem: *Hec omnia Alexander de Halis.* Ita sane, et quidem P. III. *Summae Q. 31. Membr. 4. edit. Venet. 1575. fol. 125. f.*

IV. fol. 276. Principium in 4<sup>to</sup> sententiarum Anno (14) 37. feria II. post Michabelis, in illud: *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis &c. Gen. II. 10. quod Thema cum Prolusiones in II. III. et I. supra relatae pariter habeant, omnes ad eundem Autorem ἀναγομένων referendae videntur. Praefens incipit: *Scripturarum enigma ta penetranti &c.**

V. fol. 278. p. 2. usque ad finem Excerpta varia e Jure Canonico, *Alex. Alensi* et aliis de *Matrimonio.*

DXXXIII

DXXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 286

Folior. 260. f. per duas columnas corrente calamo scriptus et rubricis enotatus Commentarius scholasticus est in I. et II. *Librum Sententiarum M. Petri Lombardi* ab ipsa Prologi ejus: *Cupientes aliquid de penuria &c.* expositione ita orsus: *Huic libro totali magister probemium premitit in quo tangens causas suscepti operis tria facit &c.* Sub finem triplex *Ευχαριστιον* ad Deum, B. Virginem et Auditores, in quo mire gesticulatur Interpres. Codex situ passus.

DXXXV.

Codex membraneus lat. Sec. U. 309

XIV. Folior. 309. f. per duas columnas nitide exaratus, coloribus distinctus et a *M. Stephano de Enczesdorff T. L.* et ad *S. Stephani Canonico*, qui jam a 1391. et 97. Studiorum Universitati prae fuit, donatus ad *Collegium Ducis* continet, ut eadem Nota praefert, *Lecturam et Compilacionem bonam super libros sententiarum*, sed ultra secundum non procedit. Prooemium L. I. incipit: *Chor. II. O. altitudo diuiciarum sapientie &c.* Commentarius ipse: *Cupientes. Hec pars probemialis diuiditur primo in partes quatuor seu quatuor causas &c. Fol. 179. orditur Prooemium L. II. sic: Terribiliter magnificatus es &c.* et Commentarius: *Creationem omnium rerum &c. In hoc secundo libro (ut) dictum est agit magister de creaturis. cuius*

cuius distinctionem in modum arboris ramificate sic depingo. Atque non hic tantum, sed pluribus locis Schemata synoptica concinne facta ad margines inferiores videntur. Autorem e tanta Commentatorum turba secernere nec facile, nec adeo operae pretium foret; antiquioribus tamen adnumerandus est.

## DXXXVI.

U. 308. Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 264. f. per duas columnas non una quidem manu, nitide tamen perscriptus et rubricis distinctus, quondamque, ut Theca praefert, *M. Sigismundi Obrecht de lengensfeld* Eadem continet, quae superior, et *Lectura* quidem in I. incipit: *Quatuor libris Sententiarum premitit Magister prologum quendam cuius expositio simul et constructio sequitur in hunc modum &c.* Praeunt vero etiam Quaestiones prooemiales, puta: *Vtrum per studium in Theologia acquiratur scientia proprie dicta. Vtrum Theologia sit scientia practica uel speculatiua. &c.* Ad calcem L. I. adest Elenchus Tractatorum, quem continuo excipiunt Tractanda in L. II. hac Rubrica: *Nota Registrum in questiones actitatas super 2°. sententiarum sicut communiter solent legi a sententiaris studij Wiennen.* Ad Academiam igitur nostram haec Commentaria pertinent, quorum altera Pars incipit: *Circa distinctionem primam huius secundi Quer-*  
*Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

tur *Vtrum sicut in temporis initio Deus fecit mundum ex nichilo &c.*

II. fol. 157. ab alia deinceps manu succedit *Tabula* illa jam alias producta in *D. Thomae Opera* hic quidem hoc Rubro: *Quomodo directorium sequens seu tabula intelligi debeat ad libros S. thome.*

III. fol. 253 *Incipiunt Auctoritates sanctorum patrum ac doctorum.* Συλλογὴ temere lecta e *Gregorio, Bernharo, Augustino, Ambrosio, Isidoro, Hieronymo, Caesario, Prospero, Leone, Anselmo, Job. Chrysofomo, Prudentio, Cypriano, Hugone de S. Vict. Basilio, Beda, quos inter et Cicero.*

IV. fol. 256. p. 2. *Incipiunt expositiones rarorum vocabulorum.* E Bibliis et PP. potissimum carpta, nullo ordine, non pauca ἀλογα, quaedam etiam germanice reddita, v. g. *Caristica Zunter. Coturnix rephen. Cancon schreibzeug. Cornus akczpaum. Pappilio veiualter &c.*

V. fol. 262. *Incipiunt synonyma unum et idem significantia.* V. g. *Auxiliari, Adiuuare, Suffragari, Succurrere, Subuenire, Amminiculari, Propiciare, Opitulare.* Misera sane Linguae latinae Tironibus *Auxilia!*

## DXXXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 310. Folior. 225. f. praeter multa inserta foliola, commode perscriptus et rubricis distinctus est *Commentarius scholasticus in II. et III.*

H

III.